

A D D E M E T R I A D E M.

4

- tus, à quibus se uiderat adorandum. Deinde ægyptio domino traditus, semper tamen in C
- Gen. 37.** genuam animæ tenuit dignitatem: docuitq; exemplo suo & seruos, & liberos ia peccando non conditionem cuiquam obesse, sed mentem. Hie, quofo, remorare paulisper, & castum
- Ibid. 39.** animum sollicite uirgo considera. Concupiscitur à dominâ Ioseph adolescentis, nec ad concupiscentiam prouocatur: rogatur, & fugit. Vna hac in re & blanditur, & supplicat, quæ in ceteris imperabat. Amor Dei mulieris amore non uincitur. Castum animum nec ætas adolescentiae permouet, nec diligentis autoritas. Contemptra frequenter domina propiores adolescenti infidias tendit. In secreto ac sine testibus, manu impudens apprehendit, ac procastoribus uerbis horratur ad crimen. Ne hic quidem uincitur, sed ut uerba uerbis, ita res rebus refert. Nam qui frequenter rogatus negauerat, nunc cōprehensum aufugit: & antequam illud euangelicum diceretur, Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo: ille non aspergusolum, sed ipso penè complexu prouocatus à feminâ, feminam non concipiuit. Castitatis uirtutem hucusque mirata es, nunc respice benignitatem. Prius quam propheta diceret: Vnusquisq; malitiam proximi sui non reminiscatur in corde suo: ille pro odio reddidit charitatem, & cum uideret fratres suos, immò inimicos ex fratribus, cumq; ab eis cognosci ueller, dilectionis affectum pio dolore testatus est. De
- Ibid. 37.** osculabatur singulos, & irriguis fleribus pauentium colla perfundens, odium fratrum charitatis lacrymis abluebat, quos fā uiuo parte quam mortuo, germano semper dilexit amore. Nec recordatus est illum, in quo ob necem fuit deiectus, lacum. Nō cogitauit addictam germanitatem pretio, sed pro malis bonum terribuens, apostolicum præceptum sub natu
- Rom. 12.** rę adhuc lege compleuit. Quid de beato Iob dicam famosissimo illo a thera Dei, qui post direbras opes, & funditus deleta patrimonia, post filiorum ac filiarum unum subito interitum, ad ultimum proprio contra diabolum corpore dimicauit? Auterebantur omnia quæ extrinsecus possidebat, & extranea bona repente decidebant, ut magis propria clarescant. Omnibus prorsus uelut indumentis exiuit, ut expeditius ac fortius nudus triumphet, & hostem quem ferendo damna ante superauerat, rufus tolerando supplicia devincat. De
- Ibidem** quo tale ipius Domini testimonium est. Nunquid cōsiderasti puerum meum Iob? Non est enim similis ei quisquam in terris, homo sine querela, uerus Dei cultor, abstinentis se ab omni malo. Nec immerito. Semper enim, ut ipse ait, tanquam tum̄ētes super se fluctus timebat dominum, & praesentia eius pondus ferre non poterat: nec audiebat aliquando contemnere, quem ita semper adesse credebat, dicebatque. Securus sum: non enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Qui antequam dominus, inimicos preciperet esse diligen
- Ibidem** dos, dicere poterat. Si in malis inimici mei gauifus sum: si dixi in corde meo, benefactum
- Luc. 6.** est. Necdum euangelicum illud sonuera. Omni perenti te tribue: & iam ille, dicebat. Si
- Iob. 31.** exire paflus sum inopem ianuam meam sinu uacuo. Nondum legerat illud. Apostoli: Do
- Col. 4.** min, quod iustum est & æquum seruis pristate: & confidens clamabat ad Dominum. Si
- 1.Tim. 6.** seruo nocui, si ancillam lassi, omnia tu scis, domine. Prius quam idem Apostolus preciperet diuitibus non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum: sic habuit ille diuitias, ut se alibi diuitem esse monstrarer. In diuitiis, inquit, non confidebam, nec in lapide pretioso. Et hoc non uerbis tantum, sed ipsis quoque rebus probauit, qui cum omnia perderet, non dolebat, dicebatq; per singula. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut dñs placuit, ita factum est. Sit nomen domini benedictum in secula. Nudus exiuit de utero matris mee, nudus redeam illuc. Quo enim affectu possideamus aliquid, docemur cū id amittimus: & cupiditatem fruendi, carendi dolor prodit, quē qui in carendo non habuit, in possidendo quoniam modo habuit? O uirum ante euangelica euangelicum, & apostolicum ante apostolica præcepta, discipulum Apostolorum, qui aperiens occultas diuitias naturę, & in medium proferens, ex le quid omnes possimus ostendit, docuitq; quantus sit ille thesaurus animæ, quem nos sine usu possidemus, & quod proferre nolumus, nec habere nos credimus. Post multa quæ de natura diximus, etiam Sanctorum exemplis bonū eius ostendimus ac probauimus. Et ne econtrario ad eius culpam pertinere putetur, quod aliqui iniqui fuérint, scripturarum uar testimoniis, quæ peccantes ubiq; crimine voluntati grauant, non excusant necessitate
- Gen. 49.** naturę. In Genesi legimus. Simeon & Leui fratres consummaverunt iniquitatem suā ex uoluntate sua. Ad Hierusalem dominus locutus est. Propri quod ipsi dimiserunt uiam meā, quam dedi ante faciem eorum, & nō exadierunt uocem meam, sed abierunt post uoluata-
- tem